quod superest in manu eius sinistra inponet super auriculam eius qui purificatur
dextram. & super extremã manum eius dextram. & super extremum pedem eius dex
trum. & post haec id quod relictum fuerit ex oleo. inponet inquit sacerdos de manu sua sup
capud eius qui purificatur. uides quomodo ultime & summe purificationis est aurem
purificare ut purus & mundus seruetur auditus & manum dextrã ut munda sint
opera nostra nec aliquid inmundum his admisceatur & sordidum. sed & pedes purifi
candi sunt ut ad opus bonum tantummodo dirigantur. nec ultra lapsus inuenit ubi sin
currat. septies autem resperget sacerdos contra dñm ex oleo. post omnia & enim
quae pro purificato celebrata sunt. postquam conuersus & reconciliatus est dõ. post
inmolatas hostias ordinem seruat ut & uirtutem super eum septemplicem scĩ spũ in
uitaret. secundum eum qui dixerat. Redde mihi laetitiam salutaris tui & spũ princi
pali confirma me. uel certe quõ peccatorum corda dñs in euangelio testatur. a septem
demonibus obsideri ĩ conpetenter septies ante dñm sacerdos in purificatione resper
get. ut expulsio septem spirituũ malignorum de purificati corde septies ex ussochi
gratis oleo declaretur. Sic ergo conuersis a peccato purificatio quidem per illa omnia
datur quae superius diximus. donũ autem gratiae spĩ per olei imaginem designatur.
ut non solum purgationem consequi possit. is qui conuertitur a peccato. sed & spũ scõ
repleri. quo & recipere priorem stolam & anulum possit. & per omnia reconciliatus
patri in locum filii reparari. per ipsum dñm nostrũ ihm xpm cui gloria in saecula
seculorum amen. Explicit omel. octaua. INCIPIT NONA

VIIII De sacrificiis repropitiationis. & de duob; hyrcis. quorũ unus sors est dño. & unus
apompaei. qui dimittitur in heremum. & de ingressu pontificis in scã scõrum. Diem
propitiationis indigent omnes qui peccauerunt. & ideo inter sollemnitates legis quae
figuras continent caelestium misteriorum. una quaedam sollempnitas habetur
quae dies propitiationis appellatur. haec ergo quae nunc recitata sunt legis latio est
sollempnitatis ipsius. quae dies ut diximus propitiationis uocata est. sed uideamus pri
mo quid sibi uellit littere ipsius continentia. & orantibus uobis. si tamen ita dño suppli
cetis ut exaudiri mereamini. ut possimus accipere gratiam spĩ. per quam explanare
ualeamus mysteria quae continentur in lege. defuncti sunt duo filii aaron nadab
& abiud. cum offerrent ignem alienum altare dño. necesse erat ut caelesti doctrina

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0492